

DISCURSU PHILOSOPHICO,

קבריה
SEU

SEPULTURAM
VETERUM,

Ex occasione Cap. Es. XIV. v. 20.

MEDIATORIS ABLIGENTE FAVORE!

*Nata. Ampliss: FACULT. cuius interest,
in florentiss: Academia Alboensi,*

SUB TUTAMENTO

Adm. Reverendi & Praeclentissimi Domini

M· DAVIDIS LUNDI
Sacrar. Lingv. Prof. Ord. Regii, Pastoris
Paroeciae Pænar. meritiss. Præceptoris
& Promotoris pio animi cultu æter-
num devenerandi,

Publico recte iudicantium examini insinuat

Auctor & Respondens

MARTINUS ARV: FLORINUS,

Austro-Finno:

Ad iv. Id. Oct. A. ch. dc. xcv. hor. & loc. solitiis.

Impr. apud JOHANNEM WALLIUM.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Reverendissimo in CHRISTO
Patri ac Domino,

DN. JOHANNI
GEZELIO,

S.S. Theologiæ DOCTORI longè
Excellentissimo, Dicecesios Abo-
ënsis EPISCOPO Eminentissimo,
Regiæ ad Auram Academiæ PRO-
CANCELLARIO Magnificentissi-
mo, Consistorii Eccl. PRÆSIDI
Gravissimo, Patrono & Promotori
Maximo, summa animi reve-
rentia semper suspi-
ciendo,

TEMPORALEM ÆTERNAMQUE
FELICITATEM!

Reverendissime PRÆSUL.
ac DOMINE,

Si quidem ab ipsis cunis sa-
crarum rerum ingenti fla-
gravi desiderio, quod &
postea auctum, cum in agro Do-
mini laboratores fuisse prolixum
Majorum meorum percepi ordi-
nem; jam etiam eò ætas inclinare
videtur, ut certum mihi vitæ eligam
genus: ideo tanto magis accendor,
qvod pretium rei optimæ rectius
æstimare didicerim cum ætate,
atq;

atq; videam simul illustres illos fa-
voris radios, qvibus Mæcenas Maxi-
me, Musarum Cultores omnes, a-
deoq; me etiam minimum inter
ipsos, amplecti soles. Hinc de-
crevi si Sanctissimo Numini vi-
sum fuerit, me Sacro Ordini addi-
cere, eâ constantiâ ut neminem pa-
tiar me ab hoc instituto dimovere.
Qvamobrem devota mente, me to-
tum unicè Tuo Patrono Summe con-
secro ac commendo Patrocinio,
submissè orans, ut me una cum
partu hoc immaturo, sereni T.
vultus subire conspectum, Tuam-
q; per gratiam, ad ulteriorem luc-
cescere maturitatem benignè per-
mittas, indubia spe fretus, fore ut
submisso voto annuas. DEUM im-
mortalem suspiriis veneror arden-

tiss.

tiss. velit Reverendiss. Tuam Pater-
nitatem, cum tota Nobilissima Fa-
milia, in seram & quietam susten-
tare canitiam! Ut Summi Numi-
nis propagetur gloria, & bonorum
omnium felicissimè promoteantur
commoda! qvod ex intimis vove-
bo visceribus constantissimè

Eminentissimi PRÆSULIS ac DOMINI

Humilimus Cliens

MART: FLORIN:

Viris prolixa eruditione & exi
pl. Rev. Clariss. Doctiss.

Dn. M. HENRICO FLORINO,

Pastori in celebri Kimittöensium Eccl.
digniss. Præposito adjacentis distri-
ctus graviss. Patruo humilimis ob-
sequiis colendo.

Dn. THOMÆ FLORINO,

Pastori Lampensi. vigilantissimo, Pa-
rentis loco suspiciendo.

Dn. ALEXANDRO KEPPLERO,

Plurimorum reddituum Inspectori
prudentissimo,

*His ambobus ut Nutritiis per annos
merita filiali obsequio*

Dn. ERICO FLORINO,

Ministro Eccl. Lampensi. laudatis. sanguine
ut mihi juncto ita honoratissimo.

Dn. STEPHANO

Sacellano in Jamſa indefesso,

PATRONIS ET EVER
MULTOS ANNOS

Hasque primitias studiorum, in perpetuae filialis
tum humiliter &

Auctor

mia prudentia præclaris laudatisq;
Eximius, Humanissimusque,

Dn. CHRISTOPHORO
FLORINO,

Pastori in Jamiså meritissimo, Pa-
trui adinstar, devenerando.

Dn. ARVIDO FLORINO, Past.

in Achas optimè merito, Patri meo pro-
pens. sempiternis obseq. prosequendo.

Dn. ANDREÆ PRACTÆ

Consultori & Secretario inclutæ Civ:
Aboënl. accuratissimo & dexterimo,
benè multos liberaliss. ita ob eadem
æternum observandis.

Dn. JOHANNI WANÆO;

Sacellano Biernoëns. perassiduo, fraterna
sinceritate adamando.

SWANSTRUPÆ,

Fautori & amico certissimo.

GETIS OPTIMIS

ET FELICES VOVEO,
observantiae, dabitæq; gratitudinis monumen-
officiosè litt.

E Resp.

JUVENI

Decoris moribus, honesta vita, & literarum studiis commendabili multum.

DN. MARTINO
FLORINO,

Amico, Commiliti & Sympatriotæ
meo perdilecto

Brevibus hisce sincerè acclamo :

Mάστις σέργε Φαράος μέ τ' ὁ Φαιλομενᾶιος
τίμαις, ΦΛΩΡΙΝΕ, καὶ χήσαις αὐτὰς
χαρέσσους.

Τύποι δοκεῖς ἔρδων γέτως τελέθεις πλύμονας
χθόνι.

Ξύσματα μὲν χρηστὰ κάμνων καὶ ἐλεύθερα
παντῆ.

ΦΛΩΡΙΝΕ ἀμφιβόλως μὲν ἔχω, σὺ πανόλη
εἰσιση.

Αὐτοχεδιασίς

DAVID LUND.

Hfwer
Ehreborne/ Hederlige och Wål-
lårde

Herr MARTINUM FLORINUM,

De frije Konsters berömmelige
Studiosem,,
Då han sitt lärda Arbete om forna
Begravningz Seder lått i Liu-
set uthgå :

Med hugsen Tancka ha sig til
förrundran dragit
Hwad forna werlden giordt/
hwad nu en meera fan
Wår Tijdz Förfarenheet/ men endast
säija kan
Den lärda Alderdom/ och åldren nu
förtagit;
Giör större åldren vår än åhren osz til-
slagit/
At

At och den sentre värld med wördna
tager an/

Det af vår Lefnads deel oddödlighe-
ten wan/

Vårt Namn/ at låta bli af glömsklos
rost betwagit.

At i det förra ha vår Her FLORINUS
fådt

Med Himsens dyra Nåd/ meer än
ett lyckligt mått/

Kan hvar med fägnad see (den Momus
icke reetar

Til någon wijdig Doom) af det
han nu här wiist :

Dy skall och följa / at den Dnyd och
Lärdom leetar

Med Åhra/ Gunst/ och Lof/ bör städje
blifwa spijst.

För styldig. Nyck - Önsking
gifvit af

GABRIEL JUSLENIO.

CANDI-

CANDIDO ET NIGRO LECTORI,
S. P. P.



Aud immerito mirari subib
quod amplissimum nobilissi-
mumque hoc argumentum,
et dignius quam ut breve
praconio depraediceretur, intra
paucas sustinuerim coarctare pagellas, cum
et judicii elaborationem exactioris, et exten-
sionem operis mereretur prolixioris: quia opera
si cui placeret defungi, quam spatiiosus hic da-
retur excurrendi campus? Infinitos namque
et diversissimos diversarum gentium ritus
(ut apud multas elegantissimos lectorem mi-
rum in modum delectantes, ita apud plures
surpissimos, quos dum apud me perpendebam, ob-
stupui, steteruntque comae, et vox faueibus habet)
omisi. Conscius virium mearum et facultatum,
ea potissimum que mihi perplacuere, voluimus
docto dextre Philosophantium choro exhibere
pensitanda. Nostras ceremonias circa hunc
actum, cum nemo inter nos facile eas ignoreat,
silentio transivi. Necessum etiam hec est de-
precari culpam quam infantia hic produne-
not, que ut charitatis tegantur pallio et favo-
ris illustrentur jubare, enixa petendum. Meum

animum vero erigunt hujusmodi cogitationes :
Sicut lex dum sancitur , non id agitur ut o-
mnibus in universum applicari possit , sed
tantum ut majori parti & in summam profis-
tic nec ego id in votis habeo , ut exilis hic
meus ingenii fœtus singulorum arrideat pa-
lato ; Sed si vel alicui probari poterit , mihi
erit satis :

Nam.

Cunctis qui placet non credo quod
modo vivat , &

Qui omnibus placere studet nemini tan-
dem placet . Quapropter Callimachi i-
stius affectus superciliosos , qui in aliorum
vitiis notandis sunt lyncei , sed in propriis ca-
cutiunt instar talparum ; qui alteri de ni-
hilo dicunt contumeliam , & ipse ba-
bent , quod in se vere possit dici ; qui a-
liorum recte facta male loquendo depravant ,
& depravatione sua malum machinantur , ac
optima queque in deteriorem interpretantur
partem ; qui calumniantur ut semper aliquid
adhaereat ; qui ex veritate pauca , ex opinione
estimant multa ; hos inquam , ut omnium bi-
pedum impurissimos , non moror , sed manum
operi admodeo . V. Tu vero mihi optime DEUS

Da

*Da facilem cursum atque audacibus annue
cœptie!*

PUNCTUM PRIMUM.

§. I.

NE Philosophorum, tam veterum quam recentiorum, placita siccō prætereamus perde deseramusve, paucis iisq; brevissimis, antequam rem aggredimur, ipsam, nominis introspiciemus indolem. Επυμολογίαν quod spectat: amandatis ineptis quorundam deductionibus, descendit tam nomen Hebræum קבורה a radice קבר, qvam Græcum μόφη à th. θάπτω, & Latinum Sepultura à Sepelio. His itaq; ulterius anxie inhærere, tanto minus ducimus necessum, quanto magis Etymon hic cuivis perspectum esse credimus & obvium: sed potius maturandum ad Ομονυμίαν; quæ haud immerito appellatur errorum genitrix. Circa vero illam notamus: quod accipitur (a) pro Sepulcro, quod propriè loquendo est locus in eum finem con-

Ita structus, ut cadaver ossave hominis contineat. In quo significatu usurpari adjunt Doctores in jure Canonico, in verbis: *Effodi Sepulturā.* Et alibi dum dicitur: *In Sepulturis Christianorum requies est defunctorum.* Idem Sacra pagina indigitat voce קבורה Gen. xxxv, 20. Deut. xxxiv, 6. (β) Translatè pro imperitia literarum. Ut in isto Senecæ: *Vita sine literis est vivi hominis sepultura.* (γ) Pro funeratione atque ipso sepeliendi actu. Ut Cicero i. Tuscul. c. XLIII. Etiam de humatione & sepultura dicendum existimo. Et Plin. *Post sepulturam aliæ manium ambages sunt:* Quæ acceptio ad nostrum pertinet institutum. Συνάνυμε autem sepulturæ sunt: Humatio, Exequiæ, Justa, ταφὴ, Ἐνταφιασμὸς, קבורה Humanitas à Cic. Orat. pro Quintio. *Misericordia & humanitas à Sen. de benef: l. v. c. 20. tum Misericordia & pietas.* τὸ γέροντος διανόητον. Honor suprematæ. *Necessarium pietatis officium:* quibus Titulis à certis deprehenditū appellari auctoribus.

Atque sic foribus, intraturis atrium,
five rem consideraturis, patefa-
ctis, præprimis circa antecedentia o-
stendendum est, non paucos ritus ante
exseqvias & rebus humanis exempti ho-
minis fuisse observatos. Et quidem (*a*)
Exosculationis: ut Patriarcham Jacobum
in complexu & oculis Josephi obdor-
mivisse legimus Gen. L, i. Auctoretiam
est Svetonius Augustum Cæsarem in
osculis Liviæ defecisse. Existimabant
namque ut peregre abeuntes, ita cur-
sum confidentes vitæ osculo valedictio-
nis excipiendos. In cœcitate vero pa-
ganorum, fugientem morientis animam,
Parens aut cognatus proximus, appo-
sito hiatu excipere conabatur. (*b*)
Clauſionis luminum à fangvine proximo
factæ. *Joseph imponet manum suam oculis*
tuis, Gen. XLVI, 4. Quæ consuetudo Græ-
cis quoque fuit familiaris. Ita Hom.

Οὐ μὲν σύγε παῖδες οὐδὲ πότνια μῆτραι
Οστε καθαιρήσασι θανόντες. Iliad 2.

Romanis etiam frequentissima: Mori-
entibus oculos operire, rursusq; in rogo patefa-
cere, Quiritum magno ritu sacrum est; ita
more condito ut neque ab homine supremum
eos spectari fas sit, & caelo non ostendi ne-
fas, ait Plin. l. ix. c. 37. Ovidii est hic
in hanc rem versus:

Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

At q; oculos mortui clausuram querere dextram
Lucan. l. v. vs. circiter 276. (γ) Lotionis
triplicis. I. βαπτισμός τῶν νεκρῶν, ablutionis
cadaveris. Sic Tabitham mortuam
postquam lavissent, posuerunt ἐν ὑπερώῳ
Act. ix, 37. Illyricos ter tantum refert
Ælianus per universam lavari vitam,
post partum, & cum nuptias inirent,
tum post mortem. II. βαπτισμός ἀπὸ
νεκρῶν, ablutionis pollutionis, accersitæ
ex contactu denati: Ita homo nescius
improviloque casu pollutus lotione
mundatus est aliqua, Num. xix, ii. 12.
Eccl. xxxiv, 29. III. βαπτισμός ὑπὲρ νε-
κρῶν, lotionis pro mortuis, quomodo
quidam exponendum censem locum A-
postolicum i. Cor. xv, 29. Usitatum
hoc

hoc fuisse Christianis haud bene institutis sententia est Goodwini. Vicarium tale baptisma qua modum suum alicunde ita describit dictus scriptor: *Quando aliquis Cathecumenus moritur, tum vivus quidam subter denati lecto recumbit, accedentibus aliis, qui mortuum rogant, num baptizari velis? qui cum respondere non possit, pro ipso responsum dat subter lecto jacens, aitque se velle baptizari; & sic baptizant ipsum vice mortui scenam quasi in theatro agentes.* Quomodo autem ~~anno~~ sit Apostolum loco allegato ad errorem talem respexisse in praesentia pluribus discutere supersedemus. (δ) Pollineturæ, quæ imprimis in ipsa consistit unetione. Hujus tres dantur causæ: I. Physica, ut putredo & foetor à corpore arceatur diutius. II. Civilis, quia hic homines præsertim honoratis exhibebatur viris. III. Mystica, ut esset testificatio fidei de resurrectione corporum & symbolum αφροσιας seu incorruptibilitatis futuræ. Vid. Doct. Qvenst. in Antiq. Eccl. quem ritum ab Ægyptiis hausisse

Judæos, Tacit. Hist. l. v. affirmit. Hic H
autem tenendum: licet ab Egypciis cor- φ
pora condire didicissent Hebræi, non m
tamen sicut illi corpore exenterato hu
(quam exenterationem a Romanis & ru
Græcis esse servatam negat Plin. l. vii. ci
c. 25. Quomodo, inquit, elati alias repi- tu
vixissent?) & terebro per narres extra- lig
cto; ut exemptis illis humoribus cor- fa
pus a putredine esset tutius: uti Herod.
& Diodorus conditum describunt no- te
bilitum, Vid. Reiz. not. ad. Goodwinum:
sed absqve ulla sectione, combustis su- si
per illud aromatibus (prout inferius in
Punct. sec. audiemus) corpus externè fu
unxerunt. Vix vero omnes Judæi ta- fu
lēm adhibuere unctionem; non enim
adeo repente fœtuisset Lazarus, si o- sa
mnino unguenta & aromata fuissent
ei applicata. Deinde in involutione:
Vestibus cuiusvis statui convenientibus
integrebant funerandos, Græci. Ut Hom.
de funere Patrocli:

Ἐν λεχεέσσι δὲ Σένης ἔσυτῷ λιτῆ καλύψαι
Ἐς πόδας τὸν καφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάραι
λευκῶ. Ho-

Honoratores Spartanorum προφύροι καὶ
 Φοινικῖδι indutos legimus in Plut. O-
 missis Atheniensibus & Romanis, q̄i
 hunc ritum etiam magnificè, observa-
 runt; audiamus Salmasium, q̄i di-
 cit: *Capiit Salvatoris parvo linteo involu-
 tum fuisse, toto interim corpore fasciis re-
 ligato, a pedibus usque ad fauces, instar in-
 fantis fasciis inclusi.* Faciem sudario ob-
 tectam habuisse Judæos patet ex Joh.
 xx, 7. manus & pedes, κερπίαι, institis
 sive vestibus tæniatim scissis collectos
 fuisse apparet ex Joh. xix, 40. & Hist.
 Lazari Joh. xi, 44. Quo in Apotheosi
 allusit Prud.

*Solvite jam lata redolentia vincla sorores,
 Solus odor sparsi spiramen aromatis afflat.*
 Præterea sanctissimæ salutis nostræ san-
 ctissimum corpus σωδόν καθηρᾶ involu-
 tum esse ait Mat. xxvii, 59. Reliquos
 ritus utpote de corpore mortui floribus,
 hedera & lauro coronato; De funerali-
 bus; lampadibus & cereis circum fu-
 nus aurea super candelabra accensis;
 De Eucharistia quam quidam supersti-

tiosè & prophanè mortuis ingerebant;
 De signis apud Christianos campana
 datis, alicubi ante funeris deductionem,
 alibi dum funus ducitur, alibi utraque
 vice; De funeris inductione; De nostris
 ceremoniis (quas vid. in Ord, Eccl.
 c. xviii. aliisque constit. Regiis) ob an-
 gustiam præterimus pagellarum. Qvod
 autem adeo brevibus usi sumus senten-
 tiis, easque qvam paucissimis (non ta-
 men ut voluimus sed ut potuimus) in-
 clusimus verbis, quod in sequentibus
 quoq; DEO benedicente, acturi erimus,
 causa est, ne in magnam molem ex-
 crescat opus & dupli ratione, ob pro-
 lixitatem & infantiam sit molestum.
 Benivolum itaque obtestamur lecturum
 ne brevitatem nostram (qvæ nonnullis
 ignavia videtur) nobis vertat vitio.

§. III.

Dum ad *επειροφοείαν* nos conferimus,
 videndum ne pro mortuis effera-
 ramus vivos. In memoriam revocamus
 ex-

exemplum, quod alicubi accidisse referunt Homines: Furem noctu Sacras ingressum fuisse ædes tradunt, atque ex imprudentia cum pectus nuper sepulti hominis comprimeret pede, digito ejus detracturus annulum, bolus en! faucibus qui inhæsit resiliit; quo factum est, ut defunctus resideret repente. *Spiritus enim interdum humanis est inclusus corporibus, sed motus sunt occulti, devinctique sensus, ut vivant ne ejusmodi corpora, an non, baud intelligatur facile, ut D. differit Calixt.* de immort. animæ.

§. IV.

Tempus, quo efferebatur vita funetus, tam varium fuit, quam variæ ipsæ gentes. Solonem legimus cavisse edicto, ut denatorum ante lucem exportarentur cadavera. Romani primitus nocturnum observabant tempus: postea vero in funeribus indicivis ista exolevit consuetudo; ab illis

autem qui funebri pompa propter inopiam effterri non poterant, servatus is est mos. A Saræ, Abrahami & cæterorum Patriarcharum Regumque Ebræorum exemplis, nec non Christianorum, excepto persecutionis tempore, colligere licet, funera ab iis non post vesperum, non intempesta nocte, sed mero ducta fuisse die. Funus Papæ in S. Petri templum deferri, nocte reponi in Capella majori & tandem noctu sepeliri refert Christoph. Marcel. l. i. Sacrarii ceremoniarum sect. xv. c. 2. Unde, nocturnum tempus noctis filio convenientissimum esse, dicit Doct: Qvenst.

§. V.

Munus subeundi funera, apud Romanos proximis plerumque heredibus datum.

- - - - - cadaver

unctum oleo largo nudis humeris tulit heres
Horat. l. ii. sat. v. Magistratui vero Senatoribus & Patritiis, si de Repl. præclare meritorum funera, ut Jullii Cæsar is

faris &c. portari debebant, sed vilioris fortunæ plebis efferendi cura vespillo-nibus dabatur. Quod alteri post Ne-
ronem Orbis monstro Domitiano in-
genti cum dedecore contigisse dicunt
Eutrop. & Suet. Porro fortunatores
Romanorum lecticis (vid. & תְּמַם
2. Satr. in, 31.) Viliores autem Sand-
pilis; iisque apertis si pulcra facie;
quam saepe fucare solebant, tectis vero
& involutis si fuere deformi. Vel larvis
iis impositis, quæ faciem repræsenta-
bant eorum; unde larvata nominata sunt
funera à Kornmanno. Christianos quoq;
antiqvitus nunc tecta nunc aperta de-
tulisse funera, referunt Nys. & Greg. Naz.

§. VI.

Pompa feretrum (*supremi funeris instru-
mentum ab Ambr. dictum*) partim
præibat, partim sequebatur, prælatis iti-
dem facibus & cereis; addito etiam cantu
nec non psalmis & cruce, quam Christiani
tanquam gloriæ trophæum præferunt.
Romanorum funera plurimi leæti in-
strati

strati præcesserunt. Imperatorum ac Nobilium cadaveribus, insignia hono- rum & majorum imagines prolixæ præ- portabantur. serie: Græcis & Romanis frequentes fuere Præficæ tum siticines, qui præficiabantur planetui, illæ assa in- geminabant voce, hi tubis in Senato- rum & tibiis in plebejorum canebant funeribus. Apud Ebræos quoque legi- mus ~~בְּמִקְרָבֵנִי~~ lamentatrices fœmi- nas. Jer. ix, 17. Quæ lacrymas ut modo nominatæ eliciebant Præficæ. Tumul- tus etiam ἀυλῆσι fit mentio Math. ix, 23. In horum locum Justinianus Imperator substituit Psaltrias, & ne cui funeri Psalmodia deesset, destinavit Alceteria. Unde Christiani Psaltriis pro Præficiis sunt usi. Hunc morem Rex Africæ Gensericus cum vetuisset; conquestus est de eo Victor Uticensis: *Quis, dicens, sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præcipiteret nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate hymnorum cum silentio ad sepulturam perduci.* Causam cur hymni cir-

circa tale adhibiti sunt negotium, dat Hieron. Hom. iv. in Ep. ad Heb. Dic mihi quid sibi volunt istae lampades tam splendidae? Nonne sicut Athletas mortuos comitamus? Quid etiam hymni? Nonne ut DEUM glorificemus, eique gratias agamus, quod jam coronavit discedentem, quod a labo-ribus liberavit, quondam a timore liberatum apud se habet. Ita corpora demortuorum de-ferri cum honore & multitudine co-mitantium fuisse solenne pluribus Gen-tibus docent Historiae profanæ & sacrae. Gen. l. 7. 2. Sam. iii, 31. Math. ix, 23. Luc. vii, 12.

§. VII.

Inter alia mœroris argumenta, Græ-cis, Romanis, Ægyptiis, Assyriis &c. multis, fuere sectio crinum, laceratio vescium, aspersio pulveris, elevatio & complosio manuum, pectoris & femo-rum percussio, tum incisio corporis; ab impiis Judæis quoq[ue] admissa, qui ritus ultimus erat interdictus Lev. xix, 28: xxi, 5. Deut. xiv, 1. Nos hic etiam intuemur æter-

æternum omnium sospitatorem lugentem & lacrymas fundentem ad monumentum Lazari cuius vestigiis nos insistere decet. Ut enim tristitia est naturalis, & nec Philosophia vel imperium tollit affectus, ita nec nos omnem improbamus luctum: sed potius eos qui puerperia lugent, natosque deflent, ac funera contra, lætitiam, cantu lususq; celebrant, dicimus inverttere naturæ ordinem. Qua habitum lugentium, priscis temporibus ut etiamnum magna ex parte is erat pullus, i. e. niger. Postea vero Romanos, præsertim fœminas album colorem in signum assumptionis legimus mortuitiæ. Adhuc, sicut defuncti elogia filius, vel alius sanguine junctorum, aut in eorum defectu vir alias doctissimus, pro rostris prosequebatur Romæ: sic in Ægypto Sacerdos ex suggestu, omnem vitæ seriem dicta & facta &c. recensebat: & si vitia prævaluere, honore funeris privatum fuisse fert Alex. ab Alex.

PUN-

PUNCTUM SECUNDUM.

§. I.

Atrium, sive exequiales inspeximus apparatus, jam domus se lustrandam offert. Qvam hic dicimus esse subjectum in qvo seu locum (א formata שׁרֵך speluncam, vel ab actu קבר sepulcrum dictum : ubi cadavera nostra condita secundum Redemptoris generis humani expectent adventum. Alphonsus Tolstatus quidam Ep. Hisp. dicit : Nunquam fuit mos sepeliri corpora mortuorum intra civitatem, nisi apud Christianos, qui intra civitatem & prope templa habent loca in usum sepeliendi mortuos sacrata, quæ appellant cæmeteria. Legimus tamen Lycurgum præcepisse, ut denatos Spartani in ipsis urbibus & prope Deorum tempora cooperirent humo ; ut Laconica juvenis assenseret non metuere mortem. Gracjos verò casco ævo in Deorum Fanis sepelivisse demortuos, l. vi. demonstrat Arnob. Quibusdam locus sepulturæ in medio datus est foro. Ut, Cæpio frater

B

Ca-

Catonis in foro Aeni, quæ in Thracia est, teste
 Plut. sepultus fuit. Multi & quam plu-
 rimi sunt, qui Romæ sub ipsis urbis in-
 cunabulis, tum intra urbem, tum intra
 suas ædes asserunt vita functos esse
 sepultos. Verum nos Kirchmanni am-
 plectimur sententiam: Qvi apud priscos
 Romanos ait, *multo ante latas a Decemvi-
 ris leges more quodam fuisse receptum, ut
 extra oppidum humarentur cadavera, ex-
 exemplis id ipsum Numæ secundi & Ser-
 vii Tullii Sexti Romanorum Regis com-
 probans.* Non tamen inficiamur, à re-
 liquis gentibus & postmodum etiam ab
 Imperatore Leone, cuivis sive intra sive
 extra muros permisum fuisse humare
 vita functum. Ex Historia Vetusti &
 novi Fœderis constat cœmeteria fuisse
 & intra mœnia. Ut, Davidis Regum Va-
 tumq; maximi in arce Sion, 1. Reg. II, 10.
 Sanctissimum vero salutis nostræ Restau-
 ratoris corpus extra urbem in foramine
 uno (ex octo vel tredecim illis qvæ in uno
 quoq; monumento excavari, Causabone
 teste

teste, solebant) monumenti excisi, & $\ddot{\alpha}\delta\epsilon\pi\omega\ddot{\alpha}\delta\epsilon\iota\varsigma\acute{e}te\dot{\eta}$, Joh. xix, 41. quatuor cūbitorum, supra sex, est conditum. Unde (a) apparet potentiorum Judæorum reconditoria non in humo ut nostra, sed in petra; quo ingressus tanquam in cameram patebat, fuisse excavata, Marc. xvi, 5. (b) Cadavera maxima ex parte non inclusa capsis, sed ita in loculis exposita, ut inspici ab intraturis possent tangique. Conf. 2. Reg XIII, 21.

§. II.

Actum funerationis dispicientibus; præprimis se exhibet crematio, à plerisque gentibus usitata. Romani si funera erant comburenda, finita oratione commendatitia per forum ut plurimum, ad locum cremationi destinatum deportarunt, ubi consanguinitate proximi, Magistratus autem, in funere Imperatorum, accensam inferebant facem. Hanc gentilium *venerationis* in populo DEI nonnulli in usu fuisse statuminare

ab exempl. Saulis & filiorum ejus, 1 Sam. xxxi, 12. 13. 1. Alæ, 2. Cron. xvi, 14. Sede-chiæ, Jerem. xxxiv, 5. Amos vi, 10. conantur. Cui tamen opinioni calculum non addimus nostrum: Concedentes quidem, Saulis ἀκέφαλον cadaver filiorumq; ejus corpora, flammis fuisse absumpta. Sed peculiares ob causas, inter quas hæ possunt connumerari: (a) Ne Phili-stis amplius esset copia indigne habendi cadavera dicta, quæ aliquot diebus jam ignominia ab iis affecta sunt, quod facile fieri potuisset, si sepulcris fuissent illata integra. (β) Quod non sustinuere ad cadavera gravissime fœtentia exequiales obire honores. Quod etiam ignominiæ foret Regi, si aliquod tereum & putridum adducerent secum. (γ) Quia Jebusitæ, ut sentit Gejerus, alieni a moribus reliquarum tribuum Israël, receptum gentibus sepulturæ modum cum hoc primo Rege introducendum duxerunt. Reliqua quod attinet exempla; non legitur in fonte combus-

būserunt אָוֹתֶן, ipsum (ut 1. Sam. xxxi, 12.) Sed וְ ei, quod idem est, *combusserunt in honorem ipsius vel propter aut super eum.* Ex quibus patet non cadavera Judæorum, sed aromata super ea esse combusta. Quomodo autem cæcitas gentilium, utensilia, arma, animantia, quibus in altera indigerent vita, adjiciebat rogo ; Quomodo stantes Ægyptii, alii vero sedentes, alii supinos, alii versus occasum, alii ortum humabant demortuos, jam nominamus tantum.

§. III.

Licet Maroni videatur; *Facilis jactura sepulcri.* Et aliis monentibus ; Nee damno nec pudore affici mortuos cum nihil sentiant : *Cœloque tegi qui non habet urnam.* Custodire etiam *DELLM omnia piorum ossa,* sciamus, Ps. xxxiv, 21. Jus tamen naturæ imperare videtur, corpora vita functorum terræ esse inferenda. Illa enim docet homini ad communem matrem revertenti hujus finum non esse occludendum. A-

spice cadavēr humanum in campis pro-
jectum, ab ipsis feris laceratum aspice,
distracta huc illucque membra & quæ
natura detegere noluit, illa jam a be-
stiis propalata, atque omnium conspe-
ctui oblata intuere; Nonne indignum
visu, si ejus corpore alia pascerentur a-
nimantia, cui summus rerum arbiter
dominium in reliquas concessit creatu-
ras? Spectaculum nullo modo gratum.
Si jam Lex naturæ, quæ est ipsum re-
ctæ rationis dictamen, turpia vetans &
honesta mandans, ignominiosam esse
dictitat à Φιλίᾳ, necessario sequitur hu-
mationem esse honestam, jusqve hoc
naturæ impellere, ut homo rebus hu-
manis exemptus, sepulturæ afficiatur
honore. Hinc Ariminius:

*Humano generi posuit natura creatrix
Hanc legem, ut tumuli membra sepulta tegant.
Jure quoq; gentium, membra insepulta
abjici, avibus exponi lanianda, palis &
rotis in terrorem suffigi, nescio ubi
non, loco pœnæ fuit gravissimæ. Ve-
spa.*

spasianum inter suppicia retulisse summa constat, dum addendum in augmentum pœnæ conjuratorum jussit, ut projicerentur inseulti. Inter multos alios Cæsares Vitellium post multa ludibria minutissimis ictibus excarnificatum & in Tiberim tractum esse, refert Svetonius, qui & præcedens exemplum memorat. Hoc quoque Ilocrates alicubi introducit Regem Argivorum Adrasten adseruisse. Ex qvibus sepulturam juris esse gentium concludimus. Ex jure etiam Divino constat loco pœnæ fuisse, inseptum projici. Sic Jeroboam propter idololatriam sepultura a summo rerum Moderatore fuit denegata. 1. Reg. XIV. II. Jesabel propter persecutioes cædes & impietatem canibus dilanianda objiciebatur, 2. Reg. IX, 10, 35. 36. 37. Jojakim, Jer. XXII, 19. Sicut tremendum illud Numen aliis annumeravit suppliciis ἀλαφιαν ; sic & humationem mandauit, Gen. III, 19. Terra es & in terram converteris.

Præterea nemo ibit inficias, quin vestissimum sit institutum, funeris prosequi exsequias, in Israële omni tempore servatum, ab antiquis Romanis observatum, & à Christianis, jam ab ipsis Ecclesiæ natalibus perpetuo receptum usu, qvod omnes fatebuntur, qui Historias vel prioribus gustarunt labris. In Sacro eloquio memoriæ proditur, Abraham costæ suæ Sarah funus fecisse satis amplum, juxta Hebron in spelunca agri ab Hephrone Cheteo emta, Gen. xxiii, 19. (ubi prima memoratur emtio) Ibidem postquam ex hominum vita migrarunt, conditi sunt Abraham Gen. xxv, 9. Isaac c. xxxv, 29. Rebecca & Lea c. xl ix, 31. & Jacob. c. l, 13. prout ante fata præcepit c. xl vii, 30. Ubi etiam Adamum humatum esse afferit S. Ecclesiæ Doctor Hieronymus una cum suis affeclis. Alii autem serum Patrem circa montem calvariæ terræ esse

esse illatum arbitrantur, uti August:
c. CLXI, Super Gen. citante Quenst. ubi,
inquit, sepelienda erant cadavera Patriarcha-
rum significantia peccatum, nisi in ea terra
ubi ille postea crucifixus est, cuius sanguine
facta est remissio peccatorum. Cujus senten-
tiæ recenset fautores non paucos ex ve-
neranda Patrum corona Doct. Quenst.
in A. Eccl. Sunt & quidam, qui in utro-
que memorato loco, humani generis
Parentem reconditum esse volunt. Qui
Patriarcham Adamum una cum supra
dictis tribus Patriarchis dicunt esse se-
pultum, sententiam suam conantur statu-
ere ex Jos. xiv, ult. Ubi vulgatus dicit:
*Adam maximus ibi (Hebrone seu in Ci-
vitate Arba) inter Enacim situs est:* Quod
explicant per sepultus est. Verum ex illo-
dicto neutiquam potest stare ista opinio,
cum nec in Hebræo, nec in Chaldæo, nec
apud lxx. Interp. v. illa (ibi situs est) re-
periantur. In texu Hebræo hæc haben-
tur verba: יָשַׁב חֶבְרוֹן לִפְנֵי קְרֵית אָרְכָּע חָאוֹת הַגְּרוּלָּת בְּעַנְקִים תֹּאֵן

Quæsi verbum de verbo reddantur, sunt
hæc: *Et nomen Chebronis antea fuit Chiriat
Arbab* (i.e. Civitas Arbæ) *bic homo ma-
gnus inter Enacim ipse*, id est afferente
D. Doct. Quenst. *Erat homo quidem exi-
mius & præcellens inter ceteros gigantes,
Arbe, à quo nomen accepit civitas. Parentis
Primi nulla hic fit mentio, nec inter Enacim
is fuit sed ante ipsos omnes.* Triplex ita-
que error in versione vulgata commis-
sus. (α) addendo vocem situs est, cuius
ne umbella quidem in textu apparet. (β)
omittendo demonstrativum חִרְيָת (γ) nomen
appellativum אַנְוֹן convertendo in nomen
proprium τὸ πρωτωλάς. Vid. Sixtin.
Amam. in Antibarb. Bibl.

§. V.

Punctum hoc finituri restat ut de causa
agamus finali; Cur sc. honestè cor-
pora nostra inferantur terræ. (α) Haud
obscure hinc occurrit admonitio condi-
tionis nostræ; quod corpus exanime ter-
ræ reddendum sit, unde ortum traxit,
Eccl.

Eccl. xii, 9. Redibit pulvis in terram quem-
admodum fuerat. Unde pia antiquitas;
Terra es, terram geris, terram teris, in terram
converteris. (β) Quia fuere Christi membra
Eph. v, 30. Templa & habitacula Spiritus S.
1 Cor. iii, 16. Organa item salutaria, per
qua piorum animæ bonum operatæ sunt in
hac vita, 2. Cor. v, 10. (γ) Spes resurrec-
tionis. Unde sepulcra a Teutonis non
incongrue Gottes acter dicta; in qvibus
piorum reliquiæ in spem futuræ semi-
nantur messis. Vid Gerh. Hinc etiam
Prudentius, Christianus vates suavissi-
mus canit :

Quid nam sibi saxa cavata,
Quid pulcra volunt monumenta,
Res quod nisi creditur illis;
Non mortua sed data somno.
Nam quod requiescere corpus,
Vacuum sine mente videmus:
Spatium breve restat, ut alti
Repetant collegia sensus.

(δ) Immunitas à laniatu vilissimorum
animantium. (ε) Amotio cadaverum à

viventium oculis, ut per eam mœstitia
& luctus obliviscantur. Qvo refertur
id Abrahami: *Date mihi possessionem se-
pulcri, ut sepeliam mortuum meum* טְלֵפֶנְתִּי
â facie mea. Gen. xxiii, 4. (ζ) Exclusio
fœtoris, quem humanum cadaver præ
cateris post mortem exhalat teterri-
mum, uti Chytr.

*Corpus inane anime tandem fætore maligno
A se abigit cunctos.*

PUNCTUM TERTIUM.

§. I.

Domitum (sive subjectum in quo
nec non ipsam formam) perscrutati-
sumus. Jam operæ pretium
est, ut ex his alienis recedamus ædibus,
priora, unde huc nos contulimus, repe-
tentes domicilia. Prisca gens mortalium
tunus exornare suevit, non solum exu-
viis hostium armisque; splendidiss. in-
scriptionibus, inderdum prosa, haud
raro ligata conceptis oratione, rerum ab-

Atavis præclare gestarum, encomia complectentibus amplissima, qvæ non adeo Judæos ut Christianos observasse refert Schikh. horum cupidos remittimus ad monumenta majorum, contenti isto â Mose Epitaphio; omnibus tum in honore, tum in miseria constitutis scripto, modo rite ac studiōse semper expendatur: *Et mortuus est, Gen. v, 5.* bene vixisse pulcherrimum adeo cippum esse dicentes: Ut & Mai-mon. præclarè: *Fama recte factorum que in vita posteritatis memoria perennat, est splendidissimum Mausoleum; quovis marmore durabilius, quavis statua pulcrius:* Sed & cantus & parentationes etiam post sepulturam, certis & statis diebus peregrisse superstites depredendimus. Justa item persoluisse, tum Feralia & inferias fecisse, ludos denique & Epulas ex quibus quædam inferebantur monumentis. Putabat namque stulta gentilitas iis vesci & delectari animas ex inferis reduces. Quem nefandum ritum, in Ecclæz

clesiam Christianam ex gentibus irrepsisse, conquestus est suo ævo S. Aug. Exsequiales cœnæ etiam privatim institutæ sunt, quas apud alios in privatis ædibus fuisse celebratas, à nonnullis vero ad tumulum, constat.

§. II.

Ut apud gentes uniformis non fuerat lugendi modus; ita nec tempus æquale. Nos prolixitatem effugientes in hoc negotio, notamus tantum Gratianum Imp. & alios, viduis in lugendo marito integrum præscripsisse annum & ut ante exactum tempus nemini nubere possent. Rationem addit B. Gerh. **C**um, si citius nubat, repugnet honestati publicæ & introducat sanguinis confusionem & prolis incertitudinem, quin & maleficii suspicionem confirmet. Viri etiam in Jure Saxonico, sicut & apud nos, honestatis & virandi scandali ergo, per integrum semestre tenentur a novo abstinere matrimonio.

§. III.

§. III.

Excessus circa funerationem consistit etiamnum, sicut priscis temporibus in nimio cadaverum ornatū, ambitioso exsequiarum apparatu, & superflua sumtuum profusione. Hinc multi ex Bachi grege nacti occasionem genio indulgent, & libidine, luxu immoderato, variis liqvoribus, quibus non aliter utuntur, quam vaccæ algentibus undis, miserrimam suam exonerant ingluviem. Hi sua temulentia gravissime DEUM offendunt summum: Quapropter tremendum illud Numen annonæ caritate aliisque pœnis, in totum quam saepissime animadvertisit orbem; ne perversis hisce sit copia, tum se ipsos his donis perdendi Divinis, tum Creatorem offendendi suum. Supplicibus itaque nos benignissimum illum DEUM veneremur precibus, ut nobis largiatur vires, quo honestè & beatè mansiones Spiritus Sancti terræ inferre queamus.

Ve.

Velitque nos ab omnibus iis, quæ animam nostram turpissimis aspergere possunt maculis, habere immunes; ne simus tales, quales Corn. a Lapid. in Com. Ep. ad Rom. III, 13. depingit, dicendo:
Quilibet homines peccato & concupiscentia corrupti, instar sepulcri patentis, spurca, tetra fætida, dolosa, maledicta exhalant, prologuntur & eructant. Guttur eorum, quasi sepulcrum patens, fœditatem, putorem & abominationem lethalem mortui cordis, quasi caveris intus sepulti semper exhalat. Sed sine intermissione hoc auctore suo dignum meditemur monitum:

*Cum fex, cum limus, cum res vilissimas,
 simus,*

Unde superbimus, ad terram terra redimus.

SOLI DEO GLORIA!

πρὸς ἄνθετον νεανίσκου, τὸν ἀμφὶ τὰς λόγιες
σπάδαιον, καὶ εἰς τὰς ἀρετὰς
έυδοκιμον,

Κύρ. ΜΑΡΤΙΝΟΝ ΦΛΩΡΙΝΟΝ,

Ἐπὶ ἐπαφιασμῶν τῶν Παλαιῶν Διαλεγόντων
καὶ ἐνθραδέως Διαλογιζόμενον Φίλον μαζ,
καὶ ὁμοχώρουν προσφιλέσσον
πιστωτόν π.

ΣΤΓΧΑΡΙΣΤΙΚΗ ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ.

Εὑφρονι θυμῷ συγχαίρω τεῖν, ὡς Ἐξῆρε
Συμποίεται, ὅτι ἀσκελέως προσκαρβε-
ρέεις τι
Τοῖσι λέγοισιν ἀερίσοις. Καὶ νῦνε δῆ τα μένας
Τοῖδε τοι, καὶ ἐσθ' ὅτε τῷ σέργε ἀπάσιν
Ἐν τῷ ἐπήγυνυντο παχίως μόθῳ ἀλγινόεντι.
Πασσούδη περὶ τὰς τὰ λόγιες παθευ-
τὲ ΦΛΩΡΙΝΕ,
Ἀχολέη. Εὐθέντε κλινέν τινοιμ' ἐστῆται.
Νῦν ὅλαπερ ποιῇ ἀπόδεξιν τῆς σοφίης σεν

Νῦν

Εγκειθού. ἐξομόθεν δεδαγάν. Κ' ἐντο σικάιες
Στο κροῖς ἐπιχειρήσεις μὲν Πάλλας. Αἴθην
Αψ δ· αὐθίς Τοι Συμπατελῶτ' ἀγέρωχ' ἐπι-
χαιρώ,

Κηρόθι ἐυχόμει Θυ μὲν πάντα τελούλεια στέ-
η μὲν Παρμεδέοντα Θεὸν λιτανεύω ἐσήν' ἐπι-
Ακροτέτη κορυφῇ νιφόεν Θυ Ολύμπια, ὅπως λη-
ποῦν θεστεσίας σπάδας σέφεν ἐνλογέειν τα.
Ηδ' ἐνεβὴ δῆν θλε ἐμῷ κεχαρίσμενε θυμῷ.

Ταῦτα φιλίας καὶ πμῆς ἵνα
κει ἐξ ἐπιδρομῆς παῦει
προσέθυκε

MATTHIAS SALINIUS,
Aust. Finl.

